Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35430
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

tant. R. Feria sexta. Oratio.
Esto domine propicius plebi tue. et quam tibi facis
esse devotam. benigno in refove miseratus auxilio. R. Secreta.
Suscipe quesumus domine nostris oblata servitiis. et tua do
na propicius sanctifica. R. Complenda. Per huius domine operati
onem mysterii et vitia nostra purgentur. et iusta
desideria compleantur. R. Super populum. Exaudi
nos misericors deus. et mentibus nostris gratie tue lu
men ostende. R.
Deus qui tribus Sabbato.
pueris mitigasti flammas ignium concede
propicius. ut nos famulos tuos non exurat flamma
vitiorum. R. Secreta. Presentibus sacrificiis domine ieiunia
nostra sanctifica. ut quod observantia nostra profitetur extrin
secus. interius operetur. R. Complenda. Sanctificationibus tu
is omnipotens deus et vitia nostra curentur. et remedia no
bis eterna proveniant. R. Dominica II. Oratio.
Deus qui conspicis omni nos virtute de
stitui. interius exteriusque custodi. ut et ab omnibus ad
versitatibus muniamur in corpore. et a pravis cogi
tationibus mundemur in mente. R. Secreta.
Sacrificiis presentibus quesumus domine intende placatus. ut et
devotioni nostre proficiant et saluti. R. Complenda.
Supplices te rogamus omnipotens deus. ut quos tuis reficis
sacramentis. tibi etiam placitis moribus dignan